

Beiheft

S 99

1335 März 6 [feria secunda post dominicam . . . Invocavit].

[167]

99

Derselbe in gleicher Eigenschaft fällt in der Streitsache der Präöppin und des Kapitels von Breden gegen den Lubertum dictum Bredermetteman, Bürger in Coesfeld, — coram nobis libello correpto, lite super ea contestata legitime, iurato de calumpnia factisque positionibus et responsionibus ad easdem, articulis et interrogatoriis datis, testibus productis et eorum dictis publicatis et in scriptis fideliter redactis propositaque per modum exceptione peremptoria per ipsum Lubertum contra prefatas prepositam et capitulum ac datis articulis super ipsa exceptione et interrogatoriis ac testibus super articulis dicte exceptionis productis et diligenter examinatis et dictis testium publicatis et in scriptis redactis, obiectionibus et responsionibus ad easdem factis, ulterioribus nichilominus responsionibus renunciantibus ipsis partibus eisque nostram sentenciam interlocutoriam cum instantia super huiusmodi exceptione a nobis postulantibus, quia ipsum Lubertum intentionem suam et ipsam exceptionem innovimus minime probavisse, visis vero et examinatis diligenter propositis, hincinde matura deliberacione prehabita cum iuris peritis secundum ea, que vidimus et audivimus, Christi nomine invocato, interloquendo — die Sentenz, ulterius in principali per ipsas partes fore procedendum, ipsum Lubertum in expensis legitimis dicte preposite et capitulo presentibus condempnantes, quarum tamen taxacionem nobis ex causa reservamus.

Presentibus domino Everardo dicto Brunen offici[ale] curie Monasteriensis, Thiderico de Remen canonico ecclesie sancti Martini Monast., Alberto notario domini offici[alis] predicti et Thiderico de Cosvelt clero, Ghiseberto de Thekenborch et Henrico Custodis notario civitatis Monasteriensis.

Orig. Siegel ab; Lade 219, 4 Nr. 2.